

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Coniugium af  
cum fonte primo

Socrates cum quidam ex eius doctrina bene meriti  
discipuli ad eum descenderent rogantes eum  
ut aliquod preceptum ordinande  
susciperent uite  
in suum eos diuersorium secum uenire fecit,  
uxoremque suam Exandippam  
in superioribus constitutam uocauit iussitque uasa  
oleo et melle plena ut eieceret,

ammirantibusque discipulis ait:  
si hanc in domibus uestris rerum potestatem  
habueritis, beatam uitam disponetis.

In prouerbiis philosophorum.

*De regenda domo*

Socrates cum quidam ex eius doctrina bene meriti  
discipuli recederent rogantes eum,  
ut aliquod praeceptum ordinandae  
ex eo perciperent vitae,  
in suum eos deuersorium secum venire fecit,  
venientibusque Xanthippen uxorem suam  
in superioribus constitutam vocavit iussitque uasa,  
melle vel oleo plena quae essent,  
ceteraque desuper ut eiecisset.

Quod cum illa parens praecepto confestim faceret,  
ammirantibus discipulis ait:  
Si hanc in domibus uestris rerum potestatem  
habueritis, beatam vitam disponetis.

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis*  
*philosophorum*, 17b (E. Woelfflin ed., p.26, ll.16-  
24).